



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R.P. Thomae Młodzianowski Poloni, Societatis Jesu,
Praelectionum Theologicarvm Tomus**

**Młodzianowski, Tomasz
Moguntiae Et Dantisci, 1682**

Punct. Diff. 2. Formantur Rationes pro conclusione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82973](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82973)

cum moralitate præcellentiæ, non autem famulus, ita & in præfenti, idem erit verum. Rursus, licet Deus ad actiones creaturarum non possit concurrere tanquam famulus & servus, nihilominus illi, tanquam causam primam non de- decet, etiam ad vilissimas operationes creatu- rarum concurrere, cur ergo obligata sua pote- state ordinaria, dicendus erit tanquam famulus concurrere? & cur obligata illa potestate, ra- tione absolutæ potestatis, non erit dicendus ha- bere adhuc prioritatem in agendo? Aliter ei- dem difficultati respondet cit. Ripal. n. 72. Ad servitutem requiri, ut ita sit persona juris alieni, ut nullatenus sit sui, nullaque potestate valeat, circa injuriam alterius, suas operationes negare, & Deo autem retinente semper potestatem ab- solutam, id dici non potest.

Punctum Difficultatis 2.

Formantur Rationes pro Conclusionē.

PROBATUR I. Si posset Deus ex iustitia ob- ligari creaturæ, id ideo esset: quia posset obligare potestatem suam & dominium, quod habet in aliquam rem: nam etiam in creatis ha- bet obligari ex iustitia; nec alio sensu, hæc qua- litas, in præfenti instituitur. Sed illam potesta- tem & dominium non potest Deus obligare; quia vel obligaret suam potestatem absolutam, vel ordinariam. Non primam, quia obligatio illa auferret Deo potestatem disponendi prout voverit: in hoc enim stat illa obligatio. Sed si Deo non potest auferri potestas disponendi prout voverit: quia illa potestas est annexa Deitati, ita ut illius ablatio, auferret Deitatem; & sicut non potest auferri à Deo omnipotentia, immensitas, sapientia; ita nec illa potestas: tunc enim non nisi id quæ salva Deitate, Deus ex sup- positione aliquid facere non potest, quando il- lud non posse facere, est bonum appetibile na- turæ intellectuæ, nec contrariatur perfectioni simpliciter simplici, qualis perfectio, est domi- nium. Non etiam potest dici secundum: quia si posset Deus obligare potestatem suam ordi- nariam, retenta absoluta, vel obligaret illam se- cundum id, quod dicit in recto, vel secundum id, quod dicit in obliquo: neutrum dici potest. Non Primum; quia potestas ordinaria in recto, idem dicit, quod & potestas absoluta, nempe Deitatem. Ergo si potestatem absolutam ob- ligare non potest, nec poterit ordinariam, se- cundum id quod dicit in recto acceptam. Nec etiam potest obligari potestas secundum id, quod dicit in obliquo: Quod probatur. Hoc quod in obliquo importatur tam à potestate ab- soluta, quam ordinaria, est aliquid esse crea- tum. Ergo si obligari potest potestas ordina- ria secundum id, quod dicit in obliquo, pote- rit obligari & potestas absoluta. Quod ipsum

probatur: quia totam mutationem, defectumque domini, relicere tunc possemus in defectum a- licujus in obliquo importati; diceremusque ca- rere tunc Deum potestate absoluta, non secun- dum id quod dicit intrinsecè in recto, & pro sub- jecto, sed secundum id, quod dicit in obliquo pro extrinsecò &c. Sicut etiam careret tunc po- testate ordinaria secundum id, quod hæc pote- stas dicit in obliquo, non secundum id, quod di- cit in recto; & tamen probatum est, non posse obligari potestatem illam absolutam.

RESPONDEBIS I. Hoc obesse, quia obliga- tione illa, etiam obliqui, posita, sequeretur jam Deum non esse formaliter Dominum absolu- tum: quod tamen est de ratione Deitatis.

CONTRA est. Absurdum est Deum non ef- se formaliter Dominum absolutum, cum sola retentione domini absoluti, secundum id quod dicit intrinsecè & in recto. Ergo, etiam absur- dum est, non esse Deum formaliter Dominum per potestatem ordinariam: quamvis retentu- rus sit tunc dominium potestatis ordinariæ, se- cundum id quod dicit potestas ordinaria in re- cto, quod argumentum infra urgebitur, robo- rabiturque ex solutione argumentorum in op- positum.

RESPONDEBIS 2. Quamvis eadem sit en- titas creaturæ, tam respectu potestatis ordina- riæ, quam respectu potestatis absolutæ; nihilo- minus potest esse inobligabilis respectu poten- tiæ absolutæ, obligabilis respectu potentie or- dinariæ: sicut eadem est entitas albi respectu a- lius albi, ac respectu nigri: & tamen respectu al- bi habet rationem similis, non habet autem re- spectu nigri.

CONTRA est. Quia non ex eo præcisè, quod sit eadem entitas, urgetur obligabilitas, sed quia insuper posset salvari, quomodo tunc maneat dominium illud immutatum, quoad sua intrin- seca; & tamen ex altera parte non est major ra- tio unius obligationis quam aliūs; est autem ma- jor ratio, cur albedo sit similis albo non nigro, id- que petita ex definitione ipsius similis vulgata ab Arist. *similia sunt, quorum qualitas eadem.*

RESPONDEBIS 3. Ideo non esse obligabilem potestatem absolutam: quia hoc ipso desineret Deus esse Deus. Jam autem si obliget potesta- tem suam moralem ordinariam, Deus, non desi- net esse Deus.

CONTRA. Ex dictis, non desineret Deus esse Deus obligata potestate ordinaria, ratione connotati. Ergo, idem dicendum, si obliga- ret, seu quod idem est, si se spoliaret potestate sua absoluta. Rursus, & non desineret esse Deus obligata hac potestate, ut tu dicis, & desi- neret: quia desineret esse Deus, si ceteret po- testate absoluta; cum tamen potestas absoluta & ordinaria sint idem; ad eum modum, quo- quamvis differant animal & rationale in homi- ne, ratione diversorum connotatorum: nihilo- minus si desineret esse animal, desineret esse ra- tionale.

tionale. Sic quamvis hæ duæ potestates differant ratione connotatorum, una desinente vel obligata & altera desinit vel obligatur: consequenter ex alterutrius defectu desineret Deus.

PROBATUR 2. Permissa divisione in potestatem absolutam & ordinariam: nondum sequitur posse Deum abdicare se illa potestate ordinaria. Ergo, inter Deum & creaturam, non potest intercedere iustitia rigorosa: ex hoc enim solo fundamento intercederet. Antecedens probatur. Permissa divisione in potestatem absolutam & ordinariam, deberet adhuc poni in Deo dominium quàm perfectissimum, quod sit possibile: hoc enim principio regulatur Christiana Theologia, in concedendis Deo perfectionibus. Sed si concederetur posse se abdicare potestate ordinaria: non poneretur dominium perfectissimum possibile. Ergo, permissa divisione in potestatem absolutam, & ordinariam, nondum sequitur posse Deum abdicare se illa potestate: Minor probatur quoad Primam partem. Tum quia. Si poneretur dominium illud absolutum auferibile à Deo, & ante solam obligationem potens, prout voluerit, agere, non poneretur dominium perfectissimum. Ergo, & dominium potestatis ordinariæ, si ponatur auferibile à Deo, non erit dominium potestatis ordinariæ perfectissimum. Tum quia. Si ponatur dominium ordinariæ potestatis; unum quidem auferibile, & aliud non auferibile, præ illo priori, hoc posterius habebit prædicatum in auferibilitatis. Ergo apparet quod illud prius non sit perfectissimum, cum illi in ratione dominii, addi possit perfectio, in auferibilis. Tum quia. Quod habeat creatura Deum ita sibi obligatum, est aliqua perfectio, & quidem melior, quàm ejus negatio. Ergo, cum illa obligatio perficiatur abdicatione potestatis ordinariæ, illius abdicatio, erit perfectionis amissio: si enim alicujus acquisitio est perfectionis acquisitio, ejusdem carentia, erit perfectionis carentia. Tum quia. Si princeps non solum sit Dominus jure alto, sed ita, ut comparative ad illum, nullum sit dominium privatum & basium, est Dominus longè perfectior: quia cum exclusione dominii sibi quomodocunque, derogantis: derogationes enim, dominium restringunt; hinc Dominus Monarchicus excellentissimus est in ratione dominii: quia exclusivus derogationum dominii. Ergo, etiam si ponatur dominium potestatis ordinariæ inobligabile, ita ut contra illud, nullum jus creaturæ, procedere possit, erit dominium perfectius. Tum quia. Creatura est essentialiter servus: hæc enim servitus fundatur in ratione entis ab alio, unde sicut in nulla ratione, est ens à se, ita nulla est ratio, in qua creatura, non sit servus essentialiter. Quod si creatura est servus essentialiter. Ergo, nullum illi dominium & jus respectu Dei competere poterit. Tum quia.

Si Deus spoliaretur dominio absoluto, non salvaretur Deitas per solam aseitatem, vel rationem essentialitatis perfectissimæ in ratione essentialitatis: quamvis hæc formalitas, sit radix potestatis absolutæ. Ergo, nec rectè salvabitur, si Deus non habeat potestatem ordinariam. Tum quia. Non potest se Deus obligare, ne possit aliquam creaturam annihilare. Ergo, nec potest obligare potestatem ordinariam, vel si hoc dicis posse fieri, admittisque creaturam essentialiter inannihilabilem, poteris etiam admittere, quod possit Deus obligare etiam absolutam suam potestatem & si id negas, quare affirmabis posse obligari ordinariam? Tum quia. Quamvis in creatis sit excellentia, facere alios Dominos, spoliareque se jure, id tamen ad Deum accommodari non potest, idque ex multiplici capite: nam imprimis, hæc Instantia probaret, quod omni jure se Deus spoliare possit: quia etiam id facit creatura. Deinde, quia cum creatura non per essentialitatem sit Dominus, bene potest se abdicare hoc dominio: jam autem Deus per essentialitatem habet potestatem, etiam ordinariam, licet exercitium ejusdem, non debeat illi, per essentialitatem. Rursus, depurgatis imperfectionibus in donatione creata, qualis est carere jure, nullus manet donationis conceptus. Ergo, ex creatis hæ donationes iustitiales, ad Deum transferri non debent. Denique in tantum in creatis facere alios Dominos est perfectio, in quantum perveniri potest ad bonum aliud, ejus est indigentia, & alio modo hic & nunc haberi non potest, iturque per infortunium ad fortunam, à creatura, quæ non est de se sufficiens ad bona, quæ voluerit possidenda. Sed id de Deo dici non potest, quia est sibi plenissima sufficientia. Tum quia, non potest Deus spoliare se jure immediate conservandi creaturam, relicto sibi jure nonnisi de absoluta potentia illam destruendi. Ergo, nec potest se spoliare jure potestatis ordinariæ.

PROBATUR 3. Quia divisio potestatis, seu dominii in usum potestatis, & potestatem licet admitti debeat: retinet enim Deus potestatem ad multa, & illorum non habet usum: divisio tamen in potestatem ordinariam, & absolutam, videtur esse nulla. Quod ipsum, probatur. Admittenda est divisio in hoc, quod potest Deus operari de potentia absoluta: & in hoc, quod potest operari de potentia ordinaria: & tamen non datur divisio in hoc, quod nonnisi de potentia absoluta scire potest, & in hoc, quod etiam de potentia ordinaria, noscere potest. Quæroque ex oppositis: quænam sit regulata-xandi, legitimam esse aliquam divisionem, in membra absoluti & ordinarii? Cur item hæc divisio non teneat in scire divino? quæ ratio si legitima fuerit, militabit etiam ad destruendam divisionem in dominium absolutum & ordinarium: Si enim dicas, scire nonnisi de potentia absolu-

absoluta involvere imperfectionem, maiorem aliquem conatum, exclusionem præsentis perfectionis; idem dicam de carentia potestatis ordinariæ. Posset hæc regula dari & taxa, ut recte aliqua dividantur in absolutum & ordinarium in Deo, id tunc fiet, quando ageretur de talibus, quæ nata sunt perfectionare aliud extra se, g. operativa divina circa creaturas, nata est perfectionare creaturas: quia autem scientia divina, non est nata perfectionare objecta extra Deum posita, sed Deum noscentem, fit, ut non dividatur in scientiam ordinariam & absolutam: quia autem etiam dominium perfectionat non creaturam, quam deicit ad conditionem servi, sed ipsum Deum: fit, ut etiam non possit recte dividi, in dominium absolutum & ordinarium. Sed quare non nisi, quæ nata sunt perfectionare alia extra se, possunt dividi in potestatem absolutam & ordinariam? huius rationem ipsa inductio in scientia & operativa divina, aliisque similibus, ostendit, quæ nobis notiora sunt. Deinde, quia non videtur in iis, quæ perfectionant ipsum Deum, esse locus absolutæ potestatis & ordinariæ: nam suas felicitates Deus æqualiter possidet. Denique posito quod non nisi de potentia absoluta conveniat aliquid perfectionativo ad extra, non sequitur defectus perfectionis in ipso habente potestatem, cum non sit natum perfectionare, nisi alia extra se. Jam autem in illis, quæ sunt nata perfectionare ipsum habentem, quæ talem, si sit defectus aliquis membri divisionis, erit defectus, in ipso met habente. Non nego quidem, quod sit perfectio habere perfectionem perfectionantem ad extra; sed tantum dico in istis valere divisionem, de qua controversatur, quæ sunt perfectiones primo respicientes, & ordinatæ, ad aliud extra se, perficiendum. Ad eum modum quo, licet ex communi ratione accidentis, relatio dicat esse, In, pro primario tamen, dicit esse, Ad. Posito autem, quod prædicta regula non teneret, quæcunque alia dabitur, si sit legitima militabit pro nostro intento.

Quod attinet ad Instantias, quibus prædicta divisio illustrata à Ripalda, non convincunt. Concedo dari duplicem potestatem agendi in Deo, ut voluit instantia, prima & quinta. Sed nego Consequentiam sicut negaretur, si quis poneret duplicem scientiam dari, absolutam & ordinariam. Rursus. Nego minus connecti cum Deo potestatem ordinariam, quam connectitur cum Christo dominium excellens; consequenter utrumque erit inabdicabile. Obligatoria quidem alicujus potestatis in Christo concedi potest, si illa non sequatur ipsam unionem hypostaticam, & ejus suppositionem; jam autem, ex dictis, potestas ordinaria sequitur conditionem Deitatis. Respublica potest aliquid potestatem obligare, quia non est de ejus

essentia habere omnem possibilem potestatem, & perfectionem, secus est de Deo.

4. INSTANTIA. Si non supponit dominium proprietatis justitiale in Deo, non est contra nos, si autem supponit, & tueretur quis creaturæ ad Deum justitiam rigorosam, adhuc non probaretur Deum posse obligari creaturæ, ex justitia, si autem negetur dari etiam creaturæ ad Deum justitiam, ipsa instantia supponet hoc, quod probandum fuisset.

DIFFICULTAS III.

Solutio Objectionum.

Plures in hac parte formatæ sunt ab Auctore objectiones, quas particiendo, fit.

Punctum Difficultatis 1.

Argumenta ab Auctoritate.

OBJICIT I. Arriaga. Varias Auctoritates, ut, quod Beatitudo appelletur Corona justitiæ &c. quod in Concilio Ephesino c. 7. dicatur. *Christus in sua satisfactione exaquare debuit, ad justitiæ amissionem*, quod Tridentinum definiat justis proponendam esse gloriam: & ut hereditatem, & ut mercedem, quem locum sic urget. Quando Deus reddit gloriam, ut mercedem, non reddit ex debito non nisi standi suis verbis: hoc enim non sufficit, ut dicatur esse merces: nam etiam ipsis infantibus baptisatis, titulo fidelitatis, dat illam Deus, & tamen, in omnium dat illam Deus, & tamen, in omnium sententia, debitum illud non est mercedis. Ergo, debitum ob bona opera est majus, quam debitum fidelitatis.

RESPONDETUR. Loca scripturæ procedere de justitia quidem, sed non rigorosa, quæ scilicet ponat defectum potestatis in Deo, ad agendum vel negandum, sine injuria, sed procedunt de justitia liberalius sumpta, hoc est, quod nunquam Deus inæqualitatem committat per defectum in assignatione præmiorum, attenditque ad æqualitatem sive arithmeticam sive Geometricam in justitia reperibilem, quamvis sine obligatione justitiæ rigorosa. Hinc dat gloriam justis, velut mercedem: quia in illius collatione, injuriam nunquam committit, attenditque ad positionem actionis meritoria, ut attenderet rigorosa justitia, quæ positio actionis meritoria, quia non datur in infantibus baptisatis, ideo illis non datur beatitudo, ut merces. Breviter, ergo in hoc stabit justitia illa latior: quia nata est totum præstare id, quod & rigorosa justitia, seclusa obligabilitate potestatis divinæ.

Conformiter, ad dicta in prima Parte dici posset, quod hæc significet Trident. duplici motivo moveri Deum ad dandam beatitudinem